

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ritus et archana quedam quibus malefactores iudicant et nodum quicumque reptus est vel proicio vel metu revelauerit
 Iporum quos scabinorum magister per occulta est quae per prouincias discurreres criminosos notat et referetes iudicio accusat.
 probantque ut eis mos est. damnatiq; describunt in libro et minoribus scabinis committit executio. reus igna-
 rus sue damnationis ubicumque reptus fuerit supplitio afficit. Degeneravit autem hoc iudicium. nam et viles aliquae
 persone admittunt et civilia negotia tractare audet. quibus erat solum de criminalibus permissa potestas. In hac pro-
 uincia nostro tempore susatenses ab ecclesia coloniensi destituerunt. nec diutino vexati bello multisq; cladibus affecti et
 obsessione pertinacissima oppugnati ad obedientiam redire. cui rei causa et theodricus coloniensis antistes. qui
 westualorum princeps habetur. Et iohannes dux cleuesis non paruis inter se odijs contendere. Cum susatenses ad cli-
 uesium opes confugissent colonienses saxonie duces et non parua bohemoz manu in auxilium accepisset. Apud
 monasterium quod eiusdem prouincie ciuitate propter ecclesias quam walramus theodrici frater sibi debitas existimabat
 acriter dimicatum est. in quo bello multis hostium cecis unum ex principibus brunsvicensibus qui dux copiarum fuit inter-
 ceptus et in partibus coloniensis antistitis factus. Est autem westualia regio admodum frigida neque frumeti habundans.
 pane utuntur nigro. ceruisia potus. vinum quod rheni uerbis magno emittit proicio. opulenti tamen eorum idque
 raro. populus marcialis est et ingeniosus. de quo puerbium esse dicunt uiciosos et fallaces westualia facilius quam stul-
 tos gignere. Hic quoque theodrici mentio incidit non est absque pauca de eo referre. cui inter viros illustres nostri
 seculi nemo locum negauerit. Origo eius ex familia morinensi apud germanos principes honoratissima fuit.
 Tres fratres habuit qui omnes supra sexagesimum annum vixere. Henricus natus maior paternum principatum qui
 bernauit. Iohannes monasteriensem ecclesiam multis annis usque ad exitum vite sue summa cum laude administra-
 uit. Alaricus et ad traicensem ecclesiam et ad monasteriensem defuncto fratre nequaquam aspirauit. quibus ad traiectam
 concilij basilienensis fauore et ad monasteriensem nicolai pontificis institutione uteretur. Theodricus ipse cum bono-
 nie iuri pontificio operam daret a Iohanne. xxij. summo pontifici coloniensem ecclesiam obtinuit. cui iam sex et l. annos
 non sine plebis ac nobilitatis magno fauore profuit. qui et si plurima per defensionem ecclesie sue vario euentu bella
 gessit in quibus modo strenui militis. modo fortissimi ducis officium impleuit. nunquam tamen domi aut sacerdotalia mu-
 nia aut civilem administrationem neglexit. corpe pulchro et supra communem staturam eminenti. aetate magno et pli-
 berali. cuius pallacium illustribus sepe patuit hospitibus.

Hassia germanie puincia



Inter westualos ac francones hassia iacet motana regio quae a rheni in septentrionem porrecta thuringie iur-
 gis princeps getis latgrauis etate nostra ad impium vocatus. imparere se esse dixit quod tante rei mole sustine-
 re posset. maluitque paruo impio parentibus sibi relicto utiliter pessere. quam magnam accipiens dissipare. id quoque
 sibi ob stare ad rem christianam gerendam dixit. quod scilicet ignozaret. Fuit tamen legum cultor. quos sibi patrio sermone expo-
 nit iussit. Quoties coram eo causa ventilata est nec unquam comptus est iniquam tulisse sententiam. Hic cum reformatum
 monasterium quoddam sue ditionis ingreditur et inuitatus cum monachis edit venenum pro cibo inter edendum sum-
 pisse creditus est. nam et ipse et abbas qui reformationem petierat paulopost extincti fuerunt.